

1645

1. Wibelius, Joachimus: De adulterio

1644.

1. Wibelius, Joachimus: De beneficio competentiae

2. Wibelius, Joachimus: De retractu conventionali.

3. Wurmserus, Johannes: De jure aggravandi . . .

1648

1. et Gruberus, Wolfgangus Qualterus: De Transmissionibus.

2 Exempl.

1649.

1. Lauterbach, Wolfgangus Adamus: De contractibus in genere.

2. Wibelius, Joachimus: De poenitentia juris.

3. Wurmserus, Johannes: De testamentis privilegiatis

sen minus solemnibus.

1650

1. Lauterbach, Wolfgangus Adamus: De inventaris hereditatis

1651.

1. Gruberus, Wolff. Qualterus: De jure et contractu emphyteu.

fico

#657.


2. Inuberus, Wulff. Inalberus: De regalibus.
3. Wagnerus, Georg Fridericus: De allegationibus.

1652

1. Lanterbach, Wolfgang Adam: De usufructu paterno
2. Lanterbach, Wolfgang Adam: De legitimatione per sub.
sequens matrimonium.
3. Wagnerus, Johannes: De regali vectigalium jure.

1653

1. Lanterbach, Wolfgang Adam: De donationibus
propter nuptias.
2. Lanterbach, Wolfgang Adam: De testamentis judiciali
- 3^{a & b} Lanterbach, Wolfgang Adam: De separatione
29 sept. 1653: 1754.
4. Lanterbach, Wolfgang Adam: De hereditaria actione



1657

- 1. Linderus, Wolff, Kallherm: De regali bus
- 2. Weymannus, Georg, Helmstedt: De allegationibus

1658


- 1. Linderus, Wolff, Helmstedt: De usufructu, fideicommissis
- 2. Linderus, Wolff, Helmstedt: De legitimatione, pater sub.
- 3. Weymannus, Georg, Helmstedt: De regali, de iurisdictione, de iudicio

1659

- 1. Linderus, Wolff, Helmstedt: De iurisdictione, de iudicio
- 2. Linderus, Wolff, Helmstedt: De iurisdictione, de iudicio
- 3. Linderus, Wolff, Helmstedt: De iurisdictione, de iudicio
- 4. Linderus, Wolff, Helmstedt: De iurisdictione, de iudicio







UNIVERSITÄT
HALLÉ

ADAM MÜLLER

UNIVERSITÄT
HALLÉ


Dr. JOACHIMO WIBELIO,
IS PLANTCESSORE INCLYTE
HALLIENSIS UNIVERSITATIS RECTOR
ET PATRONO

JOHANNES BRUNN

Typis Johannis Brunni

Halle 1790





9569

No. 217.

I. N. D. N. J. C.

1650/1

Disputatio Juridica,

De

INVENTARIO HEREDITATIS,

Quam

10

PRÆSIDE

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach

U. J. D. & in Academia Tubingensi
Professore,

Ad diem 2. Novembris,

Horis locoque consuetis,

Publico examini submittit

GEORG-FRIDERICUS Wallstetter
ESSLINGENSIS.

Anno M. DC. L.



MAGNIFICIS,

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis,
Excellentissimis, Prudentissimis, &c.*

DN. ANDREÆ BURCKHARDO, Jcto celebratissimo,
Serenissimo Würtemb. Principi à Consiliis Regiminis Secretiori-
bus, Aulæ Cancellario, Feudorumque Ducatus Præposito, &c.

DN. GEORGIO WAGNERO, Liberæ S. R. I. Civitatis
Eßlingensis Consuli Regenti gravissimo, &c.

DN. JOHAN-CASP. DAURIO, } *Ejusdem Reip. Coss.
Spectatissimis, &c.*

DN. GEORG. SCLOSBERGERO, } *ICTis Eminentissi-*

DN. JOHAN-CUNRAD. CREIDEN- } *mis, Consiliariis &
Advocatis ibidem*

MANNO, } *dexterrimis, &c.*

DN. PHILIP. KNIPSCHILTIO, } *Ejusdem Reip. Coss.
Spectatissimis, &c.*

DN. GEORGIO GAUPIO, Liberæ Imperialis Civitatis
Biberacensis Consuli Evangelico meritissimo, &c.


DN. JOHAN-WILHELM. RUTHARDO, Celsissimi
Ducis Würtemberg, Præfecto Winendæ fidelissimo, &c.

Maximis suis Dominis Patronis, Mæcenatibus, respe-
ctivè Adfinibus & Promotoribus, omni, quo potest
submisso Observantiæ cultu constanter prosequendis
Parentumque instar colendis, amantissimis, &c.

Hoc quaecumque Academicum Exercitium;
Subjectionis, gratitudinis, necessitudinis &
pietatis signaculum.

In sui ulteriorem commendationem, humilimè
dedicare debuit, in simulque vitam longæ-
vam, cum felicitate omnigena animitus ad-
precari voluit

Autor.



CUM DEO.

Thesis I.



Quamvis quilibet patrimonii sui vires sci-
re praesumatur: Mascard. de probat. concl. 737.
accidit tamen haud raro, teste quotidiana ex-
perientia, ut de facultatibus suis amplius,
quam in illis est, sperent homines; l. 10. ff. qui & a
quibus manum. §. in fraudem. 3. l. qui & ex quib.
caus. manum. & qui hodie divitiis gloriantur,
cras pauperrimi deprehendantur. † Si hoc in propriis; quid
mirum, si de alienis plus sperantes saepius decipiamur? Expe-
riuntur hoc ipsum quotidie heredes; qui lucrosas credunt, sed
saepè damnosas inveniunt hereditates, non sine maximo illo-
rum damno. † Adita enim hereditate, heredes ad omnia
hereditaria obligantur onera; licet vires hereditatis exce-
dant vel maximè, l. 8. ff. de A. & O. H. l. 37. ff. solut. matrim. l. 10.
C. de jur. delib. Succedunt namque in universum jus defun-
cti; l. 24. de V. S. ac legibus nostris quodammodo una eadem-
que videtur persona heredis, & ejus, qui in eum transmittit
hereditatem: Nov. 48. in pr. Undè pariter, ut defunctus, obli-
gatur & tenetur successor; dd. ll. & l. 2. §. 2. ff. de V. O. omnis-
que hereditas, quæ heredem invenit, solvendo esse dicitur,
l. 36. ff. de bon. libert. Anton. Faber Jurispr. Papinian. tit. quib. ex
caus. manum. non lic. princ. 5. illat. 1. † Sed cum hoc ipsum non
rarè comitem haberet iniquitatem; Legislatores propterea
duo introduxerunt juris remedia; quibus heredes periculum
illud evitare possint: Jus nimirum deliberandi, & Inven-
tarii beneficium. §. Extraneis. 5. l. de hered. qualit. & differ.
§. t. ff. & C. de Jur. delib. † Prius hodie parum utile & super-
vacuum esse censetur. l. f. §. 13. C. de Jur. delib.

Proemium.

10

20

30

40

50

A 2

op:



oppidò utilè & salutare, adhuc frequentatur quotidie. De quo sequentibus thesibus pro ingenii modulo agam.

II.

I.
Sedes materia.

2.

Quod igitur D E U S benè vertat ! † Sedes hujus tractationis habetur in *l. ult. C. de jur. delib.* (quam æquissimam & nobilissimam appellat ipse Justinianus Imp. in §. *Extraneis. 5. l. de hered. qualit.*) & *Novell. 1. cap. 2.* † In Digestis hujus materiae nullum reperitur vestigium; quippe quæ compilata sunt ex responsis. Veterum Jurisconsultorum; *const. de concep. D. §. 4.* quibus incognitum erat hoc juris remedium, ab Imperatore Justiniano demum introductum.

III.

I.
Tractatio nominis.

2.

3.

4.
Ætymologia.

His præmissis, nunc ipsius, quantum per ingenii tenuitatem, & ætatis rationem licebit, materiae penetralia intrabo; † Potior quidem rerum, sed prior verborum habenda est ratio; quæ ad ipsius rei cognitionem quasi janua est ac via, & qua mens ad rem ipsam meliùs cognoscendam quasi præparatur. † Inventarii autem vocabulo passim utitur Justinianus noster, *l. f. C. de jur. delib. l. 27. C. de Episc. aud. l. f. C. arbitr. tutel. l. f. §. 6. C. de curat. furios. ut & Antecessores ejus, Imp. Arcadius & Honorius, in l. 24. C. de Administ. tut. Ulpiani quoque ætate hoc vocabulum, quamvis non ab eruditis, receptum fuisse, testatur ipsemet Ulpianus, in l. 7. pr. ibi: qui repertorium non fecit, quòd vulgò Inventarium appellatur. ff. de admin. tut. l. 1. §. 3. ff. de tut. & ration. distrab. l. 15. pr. ff. de reb. auct. jud. poss.* † Cæterum Tulliano ævo, & toto post seculo, hoc vocabulum in usu non fuisse, scribit Vossius *lib. 3. de vitiiis sermon. cap. 16.* † Deductum est hoc vocabulum à verbo invenire, quòd in eor. res, de quibus quæritur, inveniuntur & reperiuntur; sive quòd reperta & inventa eo inscribantur. Donell. *lib. 7. comm. jur. civ. c. 3.*

IV.

I.
Synonymia.

Inventarium vocatur quoque Repertorium. *l. 7. pr. ff. de admin. tut.* Item Index bonorum Regestum, vulgò Registrum, (à quo mutuo acceperunt Germani voces *Re-gister / Registratur / Registrator*) *vid. Voss. d. tit. lib. 1. c. 18. pr. Ali-*

Aliquando Commentarius facultatum, Nov. Leon. 110. Synopsis bonorum, l. 5. §. 11. ff. de reb. eorum, qui sub tut. vocabulo natura græco, sed usu latino facto. Cujac. lib. 8. obs. 16. † Græcis dicitur ἀναγραφή, l. 15. pr. ff. de reb. auct. jud. poss. ἀπογραφή. Novell. Constantini Porphyrogeniti, 11. ap. Ioh. Leunclav. tom. 2. Iur. Græc. Rom. pag. 155. Justinianus Imperator in Constitutione sua Græca, quæ inter Novellas primum locum obtinet, latinum vocabulum retinet; quem etiam sequitur Theophilus in §. pen. 1. de hered. qual. & diff. & Eustathius de tempor. intervall. apud Leunclav. tom. 2. Iur. Græc. Rom. pag. 215. Qui hoc tamen vocabulum græcis literis scribunt, ἰνβενταριον. Invenitur etiam ἰνβεντον, in eodem sensu, vid. Johan. Meurs. in Glossario Græco Barbaro voce ἰνβενταριον. † Germani, uti infinitos alios, ita hunc quoque tanquam artis juris civilis terminum, usu receperunt. Ord. Polit. de Anno 1577. tit. 32. Von den Pupillen §. Item daß er / ibi: ein Inventarium auffrichte. Fürstl. Würt. Landr. p. 3. tit. 21. 22. & passim. Unde & verbum invenieren. Landr. p. 3. t. 9. & passim.

V.

Hoc nomen est ex genere eorum, quæ πρὸς ἑ, ad aliquid referuntur, & ex eo distinguuntur. Petr. Gregor. Syntagm. jur. part. 3. lib. 46. c. 3. num. 2. De diversis siquidem rebus diversa conscribuntur inventaria; quæ à subjecto vel objecto diversas recipiunt appellationes. † Hinc inventarium Hereditatis, Dotale, Ecclesiasticum, de quo Carpz. Iurispr. Consistor. lib. 1. tit. 10. def. 157. & seqq. Item Inventarium Tutorum, Curatorum, Creditorum, Fisci, Usufructuarii, Orphanotrophorum, Prælatorum & aliorum, qui administrationis suæ rationes, (quarum basis & fundamentum est inventarium. Boër. decis. 61. n. 6.) reddere, vel res aliquas restituere tenentur, Carpzov. Iuris. forens. p. 2. c. 42. def. 8. num. 4. Rittersh. ad Novell. p. 6. c. 8. n. 46. Johan. Gars. tr. de expens. & Melior. c. 11. n. 64. 66. & seqq. Christoph. Philip. Richter. decis. 58. num. 1. & seqq. † In venditione prædii mobilia quoque, in prædio mansura, consignantur & inventarium rediguntur: unde quaeritur, prædio cum inventario vendito aut legato, quid debeat?

A 3

Vid.

46 Vid. Carpzov. lib. 5. tit. 4. Respons. 26. † Nobis hoc loco de Inventario hereditatis erit sermo; quod à formâ etiam so- lenne vocatur. Hillig. ad Donell. Enucl. lib. 7. c. 3. lit. E. Et à Ger- manis in specie dicitur ein Erb-Register.

VI.

Tractatio rei generalis.

1. Definitio.
- 2.

Potest autem hoc, quod ab herede de rebus hereditariis con- ficitur, delineari; Quòd sit hereditariarum rerum ab he- rede legitime conditum repertorium, heredem ab omni hereditario damno liberans.

Genus proximum, in hac descriptione positum, est reper- torium; quod utique definito latius patet, & in quid de multis specie differentibus prædicatur, uti Thesis præcedens satis osten- dit. Reliqua descriptionis verba, objectum, subjectum, formam, & finem respiciunt, & hoc inventarium ab aliis discernunt.

VII.

1. Divisio.
- 2.

Tractatio rei specialis.
Causa effi- cians remo- ta.

3.

4.

5.

Causa
αενυγ-
μειν.
6.
αενο-
ταρπλην.

Divisionem hereditatis Inventarium recipit nullam. † Ad causarum itaque examen progrediar. † Causam efficientem re- motam, habet Jus civile Romanum; & quidem in specie no- bilissimam & æquissimam Imperatoris Justiniani constitutio- nem; quæ extat in l. f. C. de iur. delib. † Quamvis enim non dubitem, quin & ante Justinianum heredes, res in heredita- tibus repertas consignaverint, ac desuper repertorium confecerint. † Verùm ut certo tempore, certoque modo illud conficia- tur, & tanquam speciale juris remedium & beneficium insignes juris effectus producat, Justinianeæ demum constitutione factum atque introductum est, teste ipso Imperatore in d. l. f. §. 14. ibi: cum enim gemini crumites inventi sunt, unus quidem ex anteriori- bus, qui deliberationem dedit, alter autem rudis & novus à nostro numine repertus, &c. Undè etiam novum vocatur beneficium, in d. §. 14. vers. & sibi imputet, qui pro novo beneficio. † Causa autem interna, quæ Imperatorem ad hoc beneficium concedendum sin- gulariter movit, est summa ejus benevolentia, & subditorum cura. §. 5. l. de hered. qualit. & differ. ibi: sed nostra benevolen- tia, &c. † Externam verò, sive causam αενοταρπλην ipse expo- nit Imperator in d. l. f. pr. & §. 1. C. de iur. delib.

VIII. Cau-

VIII.

Causa efficiens proxima est voluntas heredum, qui inventarium conficere & cupiunt & possunt. † Ceterum hęc inventarium non est absolutę necessitatis; & heredes ad illud faciendum inviti non coguntur: sed in illorum est arbitrio, arre-cta, via & purę an verò cum inventarii beneficio hereditatem adire velint. *l. f. §. 1. & §. 14. ibi: electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere, & beneficium ejus sentire: vel si eam aspernandam existimaverit. C. de iur. delib. C. l. A. lib. 29. tit. 2. th. 34. n. 1. Perez, in C. de iur. delib. n. 17.* Beneficium enim invito non datur. *l. 69. de R. l.* † Nec tenentur heredes expressè & coram iudice hanc suam voluntatem profiteri, hocque beneficium specialiter implorare. Sufficit enim, si ipso facto ostendant, quòd hoc uti velint beneficio. Nec ulla ulterior superioris imploratio est necessaria. *Dis. Ant. Faber in Cod. tit. de iur. delib. def. 20. n. 2.* Nam Justinianus generali constitutione, hanc inventaria conficiendi facultatem concessit. *d. l. f. §. 13. ibi: cum enim liceat eis & adire hereditatem & sine damno ab eà discedere ex presentis legis auctoritate. & §. 14.* Quodcunque autem legibus est permissum, illud precibus frustra postulatur. *l. un. C. de thesaur.* † In Gallia tamen, & ex Constitutione Caroli V. Imperatoris in Provinciis Belgicis, heredes tanquam specialem gratiam, à Principe vel Senatu, Inventarii beneficium impetrare tenentur: teste Johan. Paponio, *lib. 21. tit. 20. arrest. 1. Joh. à Sande, lib. 4. decis. Frisic. tit. 12. dif. 1. Perez, in Cod. tit. de iur. delib. n. 9. in f. Petr. Gudelin. de iur. novissimo, lib. 2. t. 18. inf.* † Ex jure quoque Provinciali Würtembergico protestatio coram duobus iudicibus, vel aliis honestis viris est necessaria. *Landr. part. 3. tit. 22. §. Wann nun eintr.* † Illud deniq; hodie in nonnullis locis est receptum, ut heredes nolentes volentes inventaria conficiant. Et hoc plerumque propter publicum interesse; ut constet de quantitate patrimonii, & an etiam in censu agendo defunctus fideliter bona sua indicaverit. *Ritterh. ad Nov. part. 6. c. 8. n. 20. C. l. A. d. th. 34. n. 1.*

IX.

Possunt autem omnes heredes, dummodò velint, hoc saluberrimum amplecti remedium. *l. f. pr. ibi: sed etiam ad omnes, &c.*

1.
Causa efficiens proxima.

2.

3.

4.

5.

6.

1.

- omnes, &c. C. de iur. delib. §. 5. l. de hered. qual. ibi: sed nostra benevolentia commune omnibus subjectis Imperio nostro hoc beneficium praestitit. Sichard. ad d. l. f. pr. n. 5. Nec interest, Sui, an Extranei sint heredes: d. l. f. §. 2. ibi: adeant vel se immisceant. Legitimi, an Testamentarii: d. l. f. §. 1. Instituti, an Substituti: Civiles, an Praetorii, arg. l. 2. de bon. poss. l. 117. de R. l. Sive ex Parte, sive ex Asse sint heredes, d. l. f. §. 1. sive Fiduciarii, sive Fideicommissarii, arg. §. 4. §. 7. Inst. de fideicom. hered. arg. l. 8. §. 1. quib. mod. pig. sol. † Nisi fiduciarius sponte totam hereditatem restituerit; vel à Praetore coactus illam adierit & restituerit. Quibus casibus fiduciario inutile plane esset hoc iuris remedium. Cum hereditariae actiones tunc adversus fideicommissarium tantum competant, nullo commodo aut damno apud fiduciarium permanente. §. 7. Inst. de fideicom. hered. † An verò inventarium ab herede fiduciario rite confectum, fideicommissario quoque proffit, anceps est quaestio: quam nos simpliciter affirmandam censemus; sequentes Bachovium, Hunnium, ad Tr. vol. 2. disp. 12. th. 9. l. a. & Fachineum, lib. 6. contro. 31. † Heres heredis, quin à defuncto inchoatum perficere, vel etiam de novo repertorium inchoate possit, nulli dubitamus, arg. l. 7. §. 1. ff. de A. & O. H. l. 194. l. 59. de R. l. modo hereditas sit transmissa; & primus heres tempore vel alio modo ab eo non fuerit exclusus, arg. l. 175. §. 1. l. 177. de R. l. † Aetate vel aliâ ratione, si heredes impediuntur; Tutores, Curatores vel Procuratores illorum nomine inventaria conficientes, illos ab omni hereditario onere immunes reddere possunt. d. l. f. §. 3. arg. Novell. 1. cap. 4. §. 1. Bachov. ad Tr. d. disput. 12. th. 8. l. a. C. l. A. lib. 29. §. 2. th. 31. † Et si hoc ipsum Tutores & Curatores neglexerint, pupillis ac minoribus ad facultatem illam recuperandam, indulgetur in integrum restitutio. Novell. 1. cap. 4. §. 1. arg. l. 7. §. 5. de Minor. Johan. à Sande lib. 4. decis. Fistic. tit. 12. def. 1. inf. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 46. c. 3. n. 4. Ant. Thesaur. dec. 155. qui in procuratore speciale requirit mandatum. † Quid si notorium sit, hereditatem locupletem esse? Hoc quoque in casu remedium nostrum locum habere, recte defendit Sichardus, ad d. l. f. §. 1. n. 3. per illum ipsum. §. 1. † Nec in totum exclu-

de Inventario Hereditatis.

cluditur per Testatoris prohibitionem. *arg. l. 55. de Legat. 1.*
Communis enim est *Dd.* traditio; testatorem non posse remitte-
tere, quod ad solius heredis damnum pertinet; per *l. pen. C.*
ut in poss. legat. & l. 1. C. de Vsufr. Bach, *ad Tr. d. th. 8. Lit. d. in f.*
vid. tamen Anton. Faber in C. tit. de Iur. delib. def. 43. † Per
alium quoque cognatum, qui se hereditatem purè & simpli-
citer aditurum promittit, proximior non impeditur, quo mi-
nùs illam sibi delatam cum inventario adire possit. *arg. d. l. f.*
& Nov. 1. c. 2. † In Galliâ tamen Regum rescriptis, quibus
hoc beneficium conceditur, talis adjici solet clausula: *Dum-*
modò alius non sit, qui se heredem simplicem dicat, Papon, *lib. 21.*
tit. 9. arrest. 2. ubi testatur, quòd hoc ipsum, licet in Rescri-
ptis omissum fuerit, tacitè tamen semper subintelligatur; ut
simpliciter adeuntes aliis, licet proximioribus præferantur.
Quod ipsum & in Provinciis Belgicis receptum esse, testes
sunt Petrus Gudelinus *de jur. nov. simo. lib. 2. tit. 18.* Perez. *in*
Cod. de jur. delib. Johan. à Sande *d. lib. 4. t. 12. def. 3. ubi vide li-*
mitationes. † Legatariis & particularibus fideicommissariis
inutile est hoc beneficium. Cessat namque in illis damni pe-
riculum, propter quod introductum est hoc juris remedium.
l. 32. ff. Mandat. l. 15. C. de donat. §. 1. Inst. de sing. reb. per fidei-
com. l. 114. §. 3. de Leg. 1. l. 1. §. 17. ff. ad Sct. Trebell. junctâ l. f.
C. de Iur. delib.

X.

Adhibentur Notarii, quibus, tanquam instrumentis
ad inventaria conscribenda heredum voluntas utitur. † Et
hoc quidem ex juris necessitate; quæ sola testium præsentia ad-
impleri nequit. *l. f. §. 2. ibi: modis omnibus impleatur sub præsen-*
tia tabulariorum. C. de jur. delib. † Cùm autem Imperator Ta-
bulariorum, in plurali numero, facit mentionem; propterea
duos ad minimum adhibendos esse, censet *C. I. A. libr. 29. t. 2.*
tb. 32. num. 2. Scotan. *Exam. Jurid. tit. de Iur. delib.* Alii verò
in singulis actibus unum sufficere existimant; dicentes Impera-
torem *in d. l. f. §. 2. ut & in Novell. 1. cap. 2. §. 1.* ad plures in fu-
turum actus respexisse; & regulariter ad actum unum unicum
sufficere notarium. Sichard, *ad d. l. f. §. 2. num. 18.* Rittersh, *ad*
Nov. part. 6. cap. 8. num. 8. Bach, *ad Tr. vol. 2. disp. 12, th. 8. L. d.*

B

Ludw.

9.

10.

11.

1.
Causa in-
strumen-
talis.

2.

3.

Ludw. Exerc. 8. th. 10. Lit. C. Henr. Zoës. ad D. 1. de jure delib. num. 7. Quorum sententia exinde redditur probabilis, quod & in aliis locis, ubi unus saltem requiritur, Imperator tamen in plurali loquatur numero, habito respectu ad plures futuros casus. Et cum hæc ultima interpretatio consuetudine quoque sit recepta, ab illâ recedere, haud erit tutum. Optima enim legum interpres est consuetudo. l. 37. ff. de LL. † Rogari autem debent Notarii ad inventaria conficienda, propter generalem Imperii constitutionem, de anno 1512. von Notarien. §. und nachdem: ibi: die allweg darzu gebetten und erfordert / re. & §. seq. es ist auch ein. Rittersh. ad Novell. d. cap. 8. num. 8. Wesenb. w. ff. de fide instr. num. 5. † Jus Provinciale Würtembergicum juratos judiciales Grammateos adhiberi jubet. Landr. p. 3. t. 22. §. und ob wol.

XI.

1 **Materia.** Pergo ad materiam inventariorum; quæ duplex est; Ex qua, & circa quam. † Materia ex qua, sive in qua scribuntur repertoria, olim erat varia; & confici poterant inventaria in quacunque materia; sicuti testamenta. §. 12. l. de testam. l. 1. pr. ff. de bon. poss. secund. tabul. Rittersh. ad Nov. part. 9. c. 24 n. 14. † Sed vigore constitutionis Imperii de Anno 1512. von den Notarien / tantum in membrana seu pergamento, majoris firmitatis & durationis ergo, non verò in papyro à Notariis scribenda sunt instrumenta. §. die Notarien sollen auch. ibi: auff Pergament und nicht Papier / in Lateinischer oder Teutscher Sprach schreiben. Petr. Denais. jur. Camer. voc. instrumenta. † Et papyracea in summo Imperii judicio nullam vim obtinere, tradit Mynsingerus 1. obs. 80. & Rulandus 2. de Commiss. 5. cap. 7. † Nisi in loco, ubi instrumentum conficitur, aliud consuetudine sit receptum; quæ etiam in Camera Imperiali attenditur; docente Gailio 1. obs. 119. num. 3. & Arnoldo de Reyger ad d. Myns. obs. 80. ubi indefinitè de tali consuetudine testatur.

XII.

1 **Circa quam.** Materia circa quam, sunt res, tam mobiles, quam immobiles; corporales & incorporales; debita & credita, resque hereditariae omnes; quas inventario specificè & nominatim in-

inferi, heres curare debet vel diligentissime. l. f. §. 2. C. de jure
 delib. Richter. decis. 59. num. 10. Würtemb. Landr. part. 3. t. 22.
 §. und ob wol. ibi: alle und iede zu der Erbschafft gehörige Sauck/
 Haab und Güter / auch alle Recht und Gerechtigkeit / Schulden
 und Gegenschulden / nichts aufgenommen. † Neque interest,
 sive defunctus habuerit prædictarum rerum dominium, & qui-
 dem vel plenum, vel minus plenum; revocabile vel irrevocabi-
 le; verum vel fictum; utile vel directum; sive aliud aliquod jus
 in re, sive ad rem. † Nam & res alienas in hereditate repertas,
 ad quas defunctus jus aliquod habuit, inventario inferendas
 esse, verius est. Sichard. ad d. l. f. §. 2. num. 9. † Nec aliud de
 fructibus jacente hereditate perceptis, & aliis accessionibus
 statuendum esse censemus, cum Bachovio ad Tr. v. 2. D. 12. th. 8.
 Lit. f. & C. I. A. r. de iur. delib. th. 31. in f. † Quid verò, si ali-
 quid in hereditate omissum esse dicatur? Regulariter pro in-
 ventario est præsumptio. Petr. Gudelin. dict. libr. 2. c. 18. Berlich.
 part. 2. decis. 160. num. 15. Carpz. p. 3. c. 33. def. 8. n. 8. Richter.
 decis. 59. num. 12. & seq. ubi elegans in hanc rem Facultatis Iuri-
 dica Lipsiensis responsum refert. † Sed hæc præsumptio est tan-
 tum juris; quæ probationem in contrarium non excludit. Nam
 ipse Imp. Justinianus Creditoribus ac legatariis, qui inventa-
 rii conficiendi tempore abfuere, licentiam concedit inquiren-
 di per tormenta servorum, & per heredis ac testium juramenta.
 d. l. f. §. 10. Nov. 1. cap. 2. §. 1. vid. Cujacium ad Nov. 1. & Rit-
 tershufium ad Nov. p. 6. cap. 8. n. 31. † Et si præsentibus quoque,
 aliquid heredis dolo omissum esse, saltem præsumptivè pro-
 bent, Judex purgationis juramentum heredi deferre poterit.
 Carpz. iurisp. forens. p. 3. c. 33. def. 11. Berlich. d. decis. 160. n. 17.
 Richter. d. decis. n. 14. Ac ita quoque in Curia suprema Wir-
 tembergica judicatum esse, testis est Bocerus, class. 3. disput. 11.
 th. 69. in fin. † Plenè autem si demonstrent creditores aut le-
 gatarii, res non omnes, quæ hereditatem augent, in inventarium
 esse relatas, tunc distinguendum judicamus: an ex negligentia
 vel ignorantia; an verò heredis dolo aliquid fuerit omissum.
 † Priori casu, heres nullam incurrit poenam. arg. l. 42. de R. l. c.
 præsumitur, de R. l. in 6. adeò ut propterea ipse nec juramento

- 10 onerari, sed res bonâ fide omiffas Inventario de novo adjicere possit. Carpz. *d. const. 33. d. 12.* Richter. *d. decis.* † In quem finem etiam nostris moribus ab herede usitatissima protestatio illa præmittitur: ut, si quid in inventarium non retulerit, quod tamen ad id pertineat, se id, quàm primum cognoverit, eò pertinere, bonâ fide in illud relaturum. Carpzov. *d. def. 12. num. 5. & 6.* Bocer. *class. 3. disput. 11 th. 70.* Landrecht. *part. 3. t. 22. in f.* Cujus tamen necessitatem in dubium vocat Giphanius *ad l. f. C. de jur. delib.* † Posteriori casu, si sc. dolosè aliquid celaverit vel subtraxerit heres; duplum rei celatæ vel subtractæ restituere, vel hereditatis quantitati computare compellitur. *l. f. §. 10. C. de jur. delib. &*, si res illa legata fuerit, ejus Falcidiâ privatur. vid. Cujac. *ad Nov. 1.* † Beneficium tamen inventarij non amittit. *arg. d. l. f. §. 10.* Bachov. *ad Tr. v. 2. d. 12. th. 8. Lit. f.* Peretz. *in C. tit. de jur. delib. num. 16.* Joh. à Sande *decis. Frisic. libr. 4. tit. 12. def. 5.* Ludw. *Exerc. 8. th. 10. L. c.* † Moribus hodiernis, heredem non duplum, sed simplum restituere, & arbitrariè puniri, scribit, & præjudiciis confirmat Richter. *d. decis. 59. n. 18.* Videantur quoque præjudicia apud Carpzovium. *prax. crimin. part. 2. q. 83. num. 84.* † Quicquid verò de jure Civili sit constitutum, & aliis in locis receptum: Jure Wirtenbergico, si animo doloso aliquid (so nicht gar geringschätzig) celaverit heres, universa tenetur præstare legata, & omne æs alienum exsolvere. Landr. *p. 3. tit. 22. §. und da ein Erb.* Conjux quoque superstes, eandem ob causam, præterrei restitutionem, privatione ususfructus in bonis defuncti secundum jus provinciale acquisiti, & aliâ carceris vel pecuniaria pœna puniri jubetur. Landr. *part. 4. tit. 3. §. inmassen wir dann.* Plebst. *disp. 3. ad jus provinc. th. 269.* Besold. *ad jus provinc. p. 3. th. 139.* † Sed prædicta omnia tunc demum procedunt, si dolo malo, gefährlicher weiß / aliquid quod hereditatem auget, fuerit celatum: secus autem est, si omiffum aliquid fuerit, quo minuitur hereditatis quantitas, v. c. æs alienum; propter cujus omissionem heres nulla afficitur pœna. *arg. d. l. fin. §. 10. d. t. 22. §. und da ein Erb.* Siquidem hoc ipsum in heredis magis, quàm aliorum cederet damnum; nec dolo malo, gefährlicher weiß / factum dici posset. *arg. l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. Joh. à Sande d. lib. 4. t. 12. def. 4.*

XIII.

Veniamus ad Inventarii hereditatis formam; quæ con-
 sistit in ipsa prædictarum rerum specifica, & solenni
 descriptione ac annotatione. Specifica esse debet an-
 notatio, ut exindè & quantitas & qualitas rerum cognosci pos-
 sit. Solennis esse debet, ut fides tantæ rei sit certior; & suspi-
 cio & falsi periculum ed faciliùs excludatur. † Legitimo itaque
 tempore & modo ut fiat, necesse est. † Legitimum autem
 tempus, sunt tres menses; *l. f. §. 1. §. 11. C. de jur. delib.* ita ut
 intra primum exordium capiat, & intra reliquos duos menses
 modis omnibus impleatur inventarium; computatis in singu-
 los menses triginta diebus. *d. l. f. §. 1. 2. & 11.* † Quod 30. die-
 rum spatium regulariter mensis appellatione in jure nostro in-
 telligitur. *d. §. 1. 2. & 11. auth. jubemus. C. de jud.* Johan. à Sande
ad L. 101. de R. l. Alber. Gentilis de divers. temp. app. cap. 4. pag. 39.
 Etiam in Ordinatione Cameræ Imp. *part. 2. t. 33. §. und sollen*
in obgemelten Fällen ie für einen Monat dreissig Tag gerechnet
werden. Wehnerus obs. pract. voc. Monat, & de generali Germa-
niæ consuetudine, Myns. 6. observ. 40. in f. † Ad eò ut multi &
 Medici & Jcti, hanc mensis computationem, etiam in ardua
 illa quæstione de legitimo partus tempore observandum esse,
 statuunt: *Carpzov. lib. 2. Jurisp. Consistor. tit. 13. def. 225. &*
lib. 5. Respons. 111. num. 17. Andr. Laurent. in Histor. anatom. lib. 8.
q. 9. Quibus tamen alii Jcti & Medici contradicunt quàm pluri-
mi, menses lunares in hac materia intelligentes. Alber. Gentilis
d. cap. 4. vid. elegans epist. Spigel. de incerto tempore part. Paul.
Zach. lib. 1. quæst. med. leg. tit. 2. q. 2. n. 28. & seq. † Verùm
 ut ex diverticulo in viam redeamus, tres illi menses currere in-
 ciunt, non demum ex die aditæ hereditatis; sed ex quo heres
 scit, sibi delatam esse hereditatem, *per d. l. f. §. 2. Coler. de pro-*
cess. execut. part. 2. cap. 3. num. 398. Peretz. in C. de jur. delib. n. 9.
Carpzov. p. 3. c. 33. d. 13. † Communitè etiam placuit, pri-
 mum inchoationis terminum, non peremptorium, sed tantum
 admonitorium esse; & sufficere, inventarium, licet tardiùs in-
 choatum, intra 3. menses esse perfectum. *Bachov. ad Tr. v. 2. d. 12.*
thes. 8. L. a. Peretz. d. l. n. 9. Sichard. ad d. l. f. Rittersh. ad Nov.
part. 6.

B 3

part. 6.

- 9 part. 6. cap. 8. num. 41. † Denique quod moribus nostris tempus illud legitima ex causa, prorogari possit, testes sunt Carpovius d. def. 13. Giphanius ad d. l. f. Wesenbecius w. de jur. delib. C. I. A. d. t. th. 32. num. 1. † Ipse quoque Justinianus absentibus, non tantum trium mensium; sed unius anni spatium, à mortis tempore numerandum concessit. d. l. f. §. 3. † Jure Wirtembergico quale tempus observetur, videre est in §. wann dann solch. p. 3. t. 22. Landr. XIV.

Modus legitimus.

- 1 Ad modum legitimum pertinet, I. ut hoc inventarium fiat in præsentiâ illorum, qui ad hujusmodi confectioem sunt necessarii. l. f. §. 2. Cod. de jur. delib. nimirum creditorum, legatariorum, & fideicommissariorum. Nov. 1. cap. 2. §. 1. Horum enim interest, videre, an omnia ritè & fideliter expediantur. Sichard. ad d. §. 2. n. 9. † Cum autem ad hoc nemo, nisi vocatus, venire debeat; Papon. lib. 15. t. 6. in app. 1. propterea creditores & legatarii, si in eadem civitate sunt præsentes, ipsi, aut illorum Tutores, curatores, aut procuratores, convocati jubentur. Novell. 1. c. 2. §. 1. aded ut non vocatis per inventarium nullum fiat præjudicium. Joh. à Sande lib. 4. decis. Frisc. t. 12. def. 4. inf. Ant. Fab. in Cod. l. 6. tit. 19. d. 17. Harppr. ad §. sed nostra. l. de hered. qual. num. 4. † Vocati verò, si inventario adesse nolint, ejus confectioem impedire haud possunt: sed heres testibus præsentibus illud validè perficit: Nov. 1. c. 2. §. 1. vers. nisi fortè præsentes. † Atqui convocatio illa ab herede, privata denunciatione & certioratione si fiat, satis est, per Nov. 1. c. 2. §. 1. ibi: ut oporteat heredem. Hart. Hartman. lib. 2. t. 41. obs. 2. n. 18. Etiam moribus nostris, Rittershus. ad Nov. p. 6. c. 8. n. 12. † Incertos tamen creditores hodie per citationem edictalem evocandos esse, tradit post alios Sichardus, ad d. l. f. §. 2. n. 20. Bachovius ad Tr. v. 2. d. 12. thés. 8. L. e. Joh. à Sande d. def. 4. † Absentes, & in eadem civitate si non fuerint creditores vel legatarii; heres, illorum nomine testes, numero tres, in eâ civitate substantiam possidentes, fideque dignos adhibere debet. Nov. 1. c. 2. §. 1. † Et secundum ea, quæ hîc dicta sunt, responderunt Jcti Lipsienses; Anno 1630. Demnach aber / und wann des

ver

verstorbenen Glaubiger / so in desselben Verlassenschaft Forderung haben / darzu gebührliehen nicht vorgeladen / oder in dero Abswesen drey Zeugen gnußant beglaubt / gutes Gerüchts und Namens / und des Orts begütert und geseßen / erfordert worden seyn / so ist auch dıßfals das Inventarium zu recht nicht beständig
Nichter decis. 59. n. 9.

XV.

Ad modum legitimum pertinet, II. Heredis subscriptio. 1

Requirat enim Justinianus in l. f. §. 2. C. de iur. delib. ut heres *Heredis sub-*
se inventario subscribat, addita rerum quantitate, & quod *scriptio.*
nulla malitia sit usus, nihilque penes eum remanserit. d. §. 2.
† Si verò heres literarum sit ignarus, vel scribere præpedia- 2
tur, Notario specialiter ad hoc vocato, coram testibus here-
dem cognoscentibus, subscriptionem illam demandare, &
per specialem illum Notarium inventario subscribere jubetur.
† Ita tamen ut ipse heres hoc casu, propriâ manu apponat 3
crucis signum; quod in jure nostro venerabile, sanctum, *Signum cr-*
honorandum, & fidei nostræ signum vocatur. l. f. §. 2. Cod. de *cis.*
jur. delib. l. 26. C. de Episcop. & Cler. l. 11. C. de Iudeis. Novell. 123.
c. 32. Ernest. Cothmann. ad lib. 1. C. rit. 8. num. 2. † Veteres 4
quoque illud appellarunt DEI & CHRISTI signum, (quod
tamen Scævola, quippe Ethnicus, in l. 38. ff. de aur. & argent.
legat. non intellexit) omniumque Christianorum insigne:
Lipsius tr. de cruce. lib. 3. c. 15. in not. Pancirol. lib. 1. thesaur. va-
riar. lect. c. 22. † Cujus usus olim & in communi vitâ, & in 5
ritibus sacris erat maximus; sed ut tanquam pia ceremonia,
orationi adjecta, animos fidelium ad CHRISTI crucem eve-
heret; non materiæ alicui terrenæ aut figuræ, aut gestui affi-
geret. Isaac. Casaubonus, Exercit. 13. ad Annal. Eccles. Baron.
cap. 33. † Et in hoc sensu nonnulli Augustanæ quoque confessio- 6
ni addicti, illud in quibusdam ritibus sacris hucusque retinue-
runt. † Adde & hoc, prisce pietatis homines quondam, prius- 7
quam scribere inciperent, hoc crucis signum pingere solitos:
uti antiquæ Scripturæ marmoribus insculptæ adhuc ostendunt;
in quibus semper crucis signum præponitur & finem
sequitur: teste Pancirol. d. cap. 22. Illorum itaque exempla
ut

- at heredes in dicto casu sequerentur, constituit Imperator Justinianus. † Quod ipsum tamen abrogavit consuetudo contraria; Rittershus. *ad Nov. p. 6. c. 8. n. 9.* ubique ferè etiam apud Pontificios recepta Zoës. *Comment. ff. t. de iur. delib. num. 10.* qui aliàs superstitiosè sanctæ crucis signo abutuntur. Ernest. *Cothmann. d. l. n. 3.* † Reliqua etiam requisita, quæ in *d. l. f. & Nov. 1. c. 2.* recensentur, & nos hucusque breviter consideravimus, hodie abique locorum non æqualiter & strictè observantur: sed multis in locis, Statuta specialia aut inveteratæ consuetudines vel aliquid detraxerunt, vel aliquid addiderunt. Peretz. *in Cod. de iur. delib. n. 9. Myns. cons. 79. n. 51. & ad §. 5. Inst. de hered. qual. & differ.* † Nonnullis in locis requiritur, ut procedat obsignatio, vid. Richter. *decis. 59. n. 16.* & interveniat Judex. A Notariis quoque certo ordine hodie res annotari solent. vid. Joh. Rudolph. *Sattler in thes. Notar. p. 2. c. 63. q. 10. & cap. seq.* quorum tamen omnium à Justiniano in *d. l. f. & Nov. 1.* nulla planè fit mentio. † Jure Wirtembergico, quæ sint necessaria, & quæ non sint, videre est in *Landr. p. 3. tit. 22. & apud Plebstium disp. 3. th. 268.* † Conscribantur ergò inventoria secundum cujusque loci Statuta & consuetudines receptas; quibus deficientibus, Justiniani Constitutio observetur strictissimè. *arg. l. 32. C. de appell. l. 27. C. de testam.* † Quod etiam responderunt JCI Lipsienses: Und ob gleichnach etlicher Rechtsgelehrter Meinung / die solennitäten / so die Recht pro forma erfordern / nicht mehr in Übung zu seyn davor achten wollen / dan noch nirgends zu finden / daß dieselben in Rechten geändert / oder aufgehoben / und derowegen billich bestehen / verbleiben und gehalten werden müssen / so werden auch diese Zierlichkeiten bey Aufrichtung eines beständigen Inventarii nach Verordnung der Rechte billich in acht genommen. Richter *decis. 59. n. 22.*

XVI.
 1 Videamus & causam finalem, quæ est indemnitas heredum, docente ipso Imperatore in *l. f. pr. & §. 14. ibi: alter rudis & novus à nostro numine repertus, per quem ad euntes sine damno conservantur.* † Introductum enim est hoc beneficium pri-

principaliter in favorem heredis, cui Imperator hoc modo ple-
 nè prospicere voluit, & ne dum lucrum sperat, in damnum in-
 cidat. l. f. §. 4. Cod. de iur. delib. † Per consequentiam tamen, 3
 etiam defunctorum honori consulere videtur hoc juris reme-
 dio; quo heredes invitantur ad hereditates adeundas.
 † Interest nempe defunctorum, ut habeant successores, l. 6. de 4
 interrog. & triste ac miserabile est, nec ignominia caret, dece-
 dere sine herede, & bona alicujus distrahi sub ipsius nomine.
 §. 1. l. qui & à quibus manum. Rittershus, de differ. iur. civ. & ca-
 non. lib. 4. c. 7. † Ac licet inventarii quoque confectio non- 5
 nullis, respectu defuncti, probrosa videatur; Coler. decis. 68.
 n. 4. Carpzov. p. 3. c. 33. d. 18. n. 7. tamen melius est aliquem, licet
 cum inventario, quàm nullum habere heredem. † De con- 6
 suetudine quorundam locorum causæ finali accessit publicum
 interesse, propter quod inventaria quoque confici jubentur.
 vid. th. 3.

XVII.

Causas sequuntur effectus; qui respiciunt vel damnum 1
 heredis avertendum; vel lucrum ei acquirendum. Effectus.
 l. f. §. 4. C. de iur. delib. Heres, qui secundum Justiniani Con-
 stitutionem inventarium confecit, sine omni periculo & dam-
 no rerum suarum, hereditatem habere debet. d. l. f. §. 4. §. 13.
 §. 14. Novell. 1. cap. 2. §. 1. † Ad hoc autem obtinendum, heredi 2
 I. datur exceptio; II. Priora contra defunctum com-
 petentia jura reservantur; & III. retentio expensa-
 rum conceditur. † Exceptio; quæ heredi datur; est 3
 vel inventarii conficiendi, vel inventarii confecti. † Illa Exoptio.
 est dilatoria. arg. §. 10. l. de Except. & competit heredibus inven- 4
 tarium facturis, ne intra tempus ad illius confectioem indul-
 tum, à legatariis vel creditoribus molestentur, vel in jus vocen-
 tur. d. l. f. §. 11. † Et locum habet hæc exceptio, sive actio con-
 tra heredem instituenda sit realis, sive personalis. d. l. f. §. 11. 5
 ibi: vel res hypothecarias, quis ex hypothecarum auctoritate vindi-
 care. Nec excipimus rei vindicationem. arg. d. §. 11. Fachin.
 lib. 6. controv. cap. 27. † Verùm quamvis exceptiones dilatorix 6
 regulariter ante litem contestatam sint proponendæ. l. 19. C. de
 probat.



- probat. l. pen. C. de Except. Jürst. Würtemb. Sandr. p. 1. t. 23. p. 110. Carpz. p. 1. c. 3. def. 17. n. 3. hæc tamen non minus post, quam ante litem cum defuncto contestatam; imò etiam post sententiam contra illum latam, ad ejus executionem impediendam opponi potest. Matth. Berlichius part. 1. concl. 84. n. 69. Boër. decis. 53. n. 3. Matth. Colerus de process. execut. p. 2. c. 3. n. 396. † Excipiuntur enim a prædicta regula exceptiones post litem contestatam demum emergentes; quæ etiam postea jure allegantur. c. pastorales. 4. extra de except. & ibi Matth. Colerus num. 8. Præterea Justinianus generaliter prohibet, ne intra tempus illud heredes inquietentur, vel in judicium vocentur. Quomodo autem sine heredum citatione & inquietatione sententia exequi, aut post litem contestatam legitime procedi poterit? Diss. Ant. Faber in Cod. l. 6. t. 19. def. 38. pro quo nihil facit. l. 34. ff. de judic. † Durante autem hac dilatione, contra Creditores nulla currit temporis præscriptio. d. l. f. §. 11. in f. arg. l. 1. §. f. C. de annal. except. † Nec interim heredes hereditarios debitores convenire prohibentur. Quippe quod in heredum favorem est introductum, in illorum odium detorqueri nequit. l. 6. C. de legib. Peretz, in Cod. t. de jur. delib. n. 11. Boër. decis. 33. n. 4. † Purè si heres adierit hereditatem, secundum l. f. §. 1. C. de jur. delib. jure civili intra novem dierum spatium, à nemine conveniri, aut alio modo inquietari potest. Novell. 115. c. 5. §. 1. Matth. Colerus p. 1. decis. 70. n. 1. Carpz. p. 3. c. 14. def. 15. n. 6. † In foro Saxonico, ist vorden dreißigsten der Erb niemands zu antworten schuldig, oder etwas zu geben verpflichtet. Matth. Colerus d. decis. 70. n. 7. imò intra trigesimum hereditas neque ab ipsis heredibus molestari debet. Wesenbee. w. ff. de jur. delib. in f. Matthias Colerus de process. execut. p. 2. c. 3. num. 397. & seqq. & d. decis. 70. n. 2. & decis. 302. Carpz. p. 3. c. 14. d. 14. 15. 16.

I.
Exceptio inventarij
confecti.

Qua pertinet ad hereditatis quantitatem.

XVIII.

Exceptio inventarij confecti pertinet, vel ad rerum hereditarium quantitatem, vel ad illarum qualitatem. Illa, quæ quantitatem respicit, datur heredibus, qui secundum formam & modum à Justiniano præscriptum perpetuè.

pertorium confecerunt, ne ultra hereditatis vires ab illis aliquid exigatur. *l. f. §. 4. C. de jur. delib. §. 5. 1. de hered. qualit. & differ. Landr. p. 3. t. 22. §. Wann nun einer.* † Quamvis enim heres cum inventario, etiam verus sit heres, & in universum jus defuncti succeda. *Hilliger. ad Donell. Enucl. lib. 7. c. 3. lit. m. Georg. Adam Stryv. Exerc. 27. th. 24. ex constitutione tamen Imp. Justiniani nobilissimâ & æquissimâ, ipsi datur perpetua exceptio; ne aliquid ultra hereditatis vires ab illo exigatur. d. l. f. §. 4.* † Quæ exceptio paratam quoque impedit executionem. *arg. d. §. 4. Berlichius p. 1. concl. 84. n. 70. Johan. Zangerus tr. de Except. part. 3. c. 26. n. 102. Nicol. Calvol. prax. §. 12. concl. 1. n. 54.* † Locumque habet & opponi potest, licet heres legatariis aut creditoribus minus privilegiatis prius solverit, & postea creditores prælationis jus habentes superveniant. *d. l. f. §. 4. & seqq.* † Potest namque heres primum venientibus bonâ fide solvere, & posteriores venientes, etiam posteriora jura prætendentes hac exceptione repellere. *d. l. f. §. 4. Anton. Faber in Cod. t. de jur. delib. def. 33.* † Reservatâ tamen hisce creditoribus actione hypothecaria, vel indebiti, aut ex lege conditione, contra legatarios vel minus privilegiatos creditores, quibus vel pecunia soluta, vel res in solutum est data. *d. l. f. §. 4. 5. 6. 7.* † Et hæc potestas heredibus concessa, etiam emptores, quibus heres pro legatis & debitis solvendis res hereditarias vendidit, tutos reddit. *d. l. f. §. 5. §. 8.* † Quid verò si hereditatis quantitas in inventario designata casuali rerum interitu fuerit deminuta? Si domus hereditaria incendio, servi morte, vel aliæ res furto, sine heredis culpâ perierint, poterit ne heres efficaciter pro totâ Inventarii quantitate conveniri? Minimè. Hoc enim è diametro pugnaret cum ipsa Justiniani mente, multis & repetitis verbis enixè declarata. Hoc voluit, hoc constituit Justinianus, ut heres hereditatem habeat sine periculo, sine damno, nihilque de sua substantia penitus amittat. *l. f. §. 4. §. 13. §. 14. C. de jur. delib. Excepimus, inquit, in Nov. 1. c. 2. §. 1. homines ex damno rerum suarum.* Hoc itaque in casu heres tenetur, in quantum salvæ sunt hereditatis vires: & ne ultra illas conveniatur, hac exceptione se defendere potest.

XIX.

- 1 *Exceptio inventarii, qua respicit rerum qualitatem.* Exceptio Inventarii, quæ rerum hereditariarum respicit qualitatem, datur heredibus, qui inventarium ritè confecerunt, ne alias, quàm in hereditate repertas res, creditoribus aut legatariis exsolvere cogantur. † Regulariter quidem invito creditori aliud pro alio solvi non potest. *l. 2. §. 1. de Reb. Cred.*
- 2 Heres tamen, qui à creditoribus vel legatariis ad solvendam pecuniam, vel aliam rem in hereditate onerosâ (vid. *Surd. decis. 30. num. 14. & decis. 318.*) non repertam, convenitur; exceptione inventarii oppositâ impetrare potest, ut illi res hereditarias in solutum accipere compellantur. *d. l. f. §. 4. & 6. C. de jur. delib. Surd. dd. ll. C. I. A. lib. 29. t. 2. th. 34. n. 4. Obrecht. disput. 20. th. 593. & seqq.* ubi addunt; † Quod creditor præcisè ab herede pecuniam exigens, & rem in solutum accipere recusans, incidat in poenam plus causâ petitionis; de quo tamen nos maximè dubitamus. Siquidem res, quæ hoc casu in solutum datur, non est in obligatione, sed in solutione. † An verò heres vi hujus beneficii ab hereditate semel aditâ liberè abstinere, & illam totam creditoribus lacerandum relinquere valeat; adeò ut ipse heres esse desinat, & ulterius pro hereditatis viribus non teneatur, nec Domiciana, nec vana est quaestio.
- 3 † Pro negativâ stat communis juris regula; quòd ille, qui semel heres extitit, heres esse non desinat. *l. 88. ff. de hered. inst. l. 7. §. 10. ff. de minor.* Undè heres 25. annis major (Pupilli enim & minores hîc speciali utuntur jure. *l. 97. pr. & §. 1. ff. de A. & O. H.*) quaesitam hereditatem repudiando nihil agere dicitur. *l. 3. l. 4. C. de repud. vel abst. hered.* † Heres enim hereditatem etiam cum inventario adeundo, legatariis ex quasi Contractu, & creditoribus hereditariis per successionem in jus defuncti, obligatur. *§. 5. l. de oblig. qua quasi ex contract. arg. l. f. §. 4. & 11. C. de jur. delib.* Obligationi verò semel constitutæ renunciare potest nemo. *l. 5. C. de O. & A. l. 11. de R. l.*
- 4 † Quod enim vulgò dicitur, inventarium constituere heredem in eo gradu & statu, ac si nulla facta esset hereditatis aditio, & hereditatem videri & censi jacentem; magnum postulat, imò falsum est, fatente ipso *Carpzov. part. 1. c. 28. d. 8 n. 1.*
- 5 † Præterea consilium suum in alterius injuriam, fraudem, damnum

damnum & detrimentum mutare, naturalis prohibet ratio. *l. 75. de R. l. & ibi Johan. à San. le.* Quis autem non videt, non solum creditores & legatarios, sed etiam defunctum per illam defultoriam heredis levitatem lædi quàm maximè? Creditores, & legatarii, qui intrà trium aut duodecim mensium spatium, spe proximæ solutionis, acquieverunt, nunc demum non sine maximo illorum damno, bonorum curatores, qui bona interim administrant, & ipsis satisfaciunt, quærere & constituere cogentur; Defunctus item suo privaretur herede; quom tamen ut habeat, ejus maximè interest. *l. 6. ff. de interrog. §. 1. l. qui & ex quib. caus. manum.* † Accedit insuper, quòd Justinianus vetet expressè. *Nov. 1. c. 2. §. 1. ne defuncto fiat injuria;* qua utique efficeretur, si heres aditam hereditatem iterum relinqueret, repudiaret. *arg. d. §. 5. l. quib. ex caus. manum.* † Exemit Imperator heredes ex damno rerum suarum. *Nov. 1. cap. 2. §. 1.* Verùm ab oneribus hereditariis pro hereditatis quantitate illos non liberavit; nec libertatem ipsis concessit ab hereditate semel acquisitâ, cum aliorum damno & injuriâ, contra tot præclarissima & æquissima jura, abstinendi. Imò ipse Imperator heredibus verbis expressis hereditaria onera ad relictæ substantiæ mensuram imponit, & ut pro illius quantitate creditoribus & legatariis satisfaciunt, jubet. *d. l. f. §. 4. Nov. 1. cap. 2 §. 1. in pr.* Ingratissimi certè, qui pro summo inventarii beneficio, leve hoc munus in se semel susceptum adimplere recusant. Sed quid multis? Audiamus ipsum Imperatorem verbis expressis hanc quæstionem decidentem. Ita enim edicit in *d. l. f. §. 4. Et si præfatam observationem inventarii consciendæ solidaverint: hereditatem sine periculo habeant.* Habeant ergò heredes semel acquisitam hereditatem, & ab illâ contra Imperatoris verba & mentem, cumque alterius injuriâ, ne abstineant. † Hanc sententiam inpronunciando quoque secuti sunt Jcti Lipsienses, ita respondentes: *Demnach aber und dieweil die Schwester Tochter ihres Vattern halbe Verlassenschaft beliebet / und also einmal Erbe worden, sich derselben angemasset / Schulden bezahlt / Legata abgestattet, und dadurch gleichsam mit den Glaubigern contr. hirt / und sich ihnen verbündlich gemasset / und demnach Erbe seyn und bleiben muß.*

So ist auch mehr erwehnte Schwester Tochter von ihres Vaters halbem Verlassenschaft abzustehen / dieselbe den andern Vettern oder Glaubigern / nach Abfürsung ihres bezahlten Antheils / hinwieder zu überliefern / oder einen Curatorem honorum beständigen zu lassen / nunmehr nicht befugt. *B. N. W.* Et in hanc sententiam quoque inclinare videtur Benedictus Carpzovius *lib. 6. tit. 7. Respons. 73. n. 13.* (ubi præmissam sententiam refert,) † à qua tamen recedit & contrariam affirmativam sententiam propugnare allaborat, in *decis. 25. securus Sebastianum Monticulum in tr. de invent. præfat. n. 140.* quorum rationibus quanta vis insit, in conflictu videbimus.

XX.

I. *Obligatio-
num conser-
vatio.* Præter explicatam exceptionem; heredi, ne damnatum aliquod ex hereditate cum inventario aditâ sentiat, reservantur quoque jura & actiones contra defunctum competentes; sublito omni confusionis effectu; † Quâ aliâs jure ordinario obligationes & exinde competentes actiones inter defunctum & heredem, post hereditatis aditionem solvuntur & extinguuntur. *l. 75. l. 95. §. 2. ff. de solut. l. 7. C. de pact. l. 14. C. ad L. Falcid.* Retinet enim heres vi hujus beneficii actiones suas, quæ morte non solvuntur, salvas & integras, ac cum aliis creditoribus per omnia, observato tamen legitimo juris ordine, eandem habet fortunam. *d. l. f. §. 9. Berlichius part. 2. decis. 203. n. 1. & 2.* † Ipsius quoque heredis obligationem, quâ defuncto erat adstrictus, in hoc casu, confusione non extingui, verius est, arg. *l. 41. §. 2. vers. & cum debitor. ff. de evict. l. 1. §. 18. l. 87. §. 1. ad L. Falcid.* Ne scilicet heres cum creditorum damno contra ipsam naturalem rationem, fiat locupletior; *l. 14. de condict. indeb. aut beneficia in alterius injuriam extendantur, contra l. 4. C. de emancip. liber. l. 18. ff. ex quib. caus. major. Rittershus, ad Nov. part. 6. cap. 8. n. 22. Peretz, in Cod. de jur. delib. num. 11. Carpz. lib. 4. tit. 10. Respons. 75. n. 11.*

XXI.

*Expensarum
retentio.* Tandem, ut heres sine danno conserveatur, ipsi quoque concessum est jus retentionis ratione expensarum. Deducere enim & retinere potest heres, quicquid in funus expendit; vel in testamenti insinuationem, vel in inventarii confectionem, vel

vel in alias necessarias hereditatis causas probaverit se exsolvisse. l. f. §. 9. in f. C. de iur. delib. Sürstl. Würt. Landr. p. 3. t. 22. Wann nun ciner. Carpz. p. 3. const. 33. def. 17. Plebst. disp. 3. tb. 272.

XXII.

Effectus inventarii hereditatis, qui heredi lucrum adfert, est commodum Legis Falcidiae; ut heres legatis, quibus exhausta est hereditas, quartam detrachere possit. l. f. §. 4. C. de iur. delib. ¶ Veteri quidem jure omnibus heredibus, etiam inventarium non conficientibus, quartam Falcidiam detrachere licebat; verum post Justiniani constitutionem, inter inventarii nostri effectus, rectè refertur Falcidiae detractio. Illis enim hodie tantum heredibus conceditur, qui inventarium ritè & legitime conscripserunt. d. l. f. §. 4. modo illud testator in ultima sua voluntate expressè non prohibuerit. Nov. 1. c. 2. §. 2.

XXIII.

Quanta autem heredibus legitime inventaria conficientibus commoda & beneficia obveniunt; tanta eorundem contemptoribus contingunt damna & detrimenta. Ut itaque contraria juxta se posita magis elucescant, hæc quoque, sed paucis, contemplabimur. Obligantur verò heredes, qui spreto inventarii beneficio, hereditatem purè adierunt, efficaciter ad omnia hereditatis onera; & quidem non secundum defuncti patrimonii modum, sed in solidum; etiam si exiguus sit hereditatis census, & onerum cumulus quàm maximus. l. f. §. 14. C. de iur. delib. ¶ Sibi enim imputent heredes, quod saluberrimum Imperatoris consilium neglexerint, & temerario proposito pro novo beneficio, vetus elegerint gravamen. d. §. 14. Volentibus nulla fit injuria. l. 1. §. 5. ff. de injuriis. Et quod quisque ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. l. 203. de R. I. ¶ Non autem defuncti creditoribus tantum ad res alienam, verum etiam legatariis ad integra legata, de suo quoque præstanda tenentur. d. l. f. §. 14. §. 12. Nov. 1. cap. 2. §. 2. in pr. Creditoribus per voluntariam & puram aditionem in locum defuncti se supposuerunt. d. l. f. §. 1. Legatariis per quasi contractum sese obligarunt. §. 5. l. de obl. qua quasi ex contr. ¶ Quid verò si creditores & legatarii sciant & consueantur, hereditatem non fuisse solvendo? In hoc casu,

in

- in quantum res alienum & legata excedunt hereditatis vires, heredes absolvunt, David Mevius ad Ius Lubec. part. 2. tit. 1. art. 6. num 5. Peretz. in Cod. de jur. delib. num 12. Sichardus ad l. f. §. 4. n. 1. 2. & 3. Henricus Zæsius ad D. tit. de jure delib. n. 15.
- 6 Verum, † ut nobis videtur, contra Justiniani mentem, & ejus juris principia. *Supplebit, inquit Imperator, legatarios & fideicommissarios: licet pura substantia morientis transcendat mensuram legatariorum datio.* Sive uti Haloandri habet versio: *satisfaciet legatariis & fideicommissariis, tamen si legatorum præstatio pura substantia defuncti modum excesserit.* Novell. 1. cap. 2. § 2. & paulo post: *Præstabit enim illis, ut poenam sua improbita is luat, ex eo, quod leges transgressus sit, cum licuisset illi cavere omnia agenti, non solum nihil sentire damni, sed etiam per contrarium ea, qua lege*
- 7 *falcidia deferuntur, lucrifacere.* † Et veteri jure, quod hereditas obliget heredem rei alieno, etiam si non sit solvendo, plusquam manifestum est. l. 8. ff. de A. & O. H. l. 33. ff. solut. matrim. l. 10. C. de tur. delib. Siquidem is, juris universi, quod defunctus habuit, successor est. l. 24. ff. de V. S. l. 62. de R. I. l. 37. de A. & O. H. hoc est, tam illius, quod ipse in alios habuit, quam
- 8 quod alii in ipsum habuerunt. † Qui autem novum negligit beneficium, vetus eligit gravamen. d. l. f. §. 14. C. de jur. delib.
- 9 † Heredem ejus, qui bonis cessit, posthabito licet inventario, non tamen in solidum, sed tantum pro viribus bonorum ejus, cui successit, teneri, scribit Henricus Zæsius in Comm. D. tit. de jur. delib. num. 21. addita sequentiratione: *cum non debeat teneri in plus, quam tenebatur defunctus.* † Verum defunctum, qui bonis cessit, ad solidum non fuisse obligatum, postulatum est. Miserabile enim cessionis auxilium, a carcere quidem, sed non ab obligatione liberat cedentem; qui etiam post bonorum cessionem creditoribus suis, in quantum debitum non receperunt, est & manet obligatus in solidum. l. 1. l. 7. ibi: *cum apertissimi juris est, & inter patres familias, & inter alieno juri subjectos. si quid postea eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo avelli.* C. qui bon. ced. post. l. 7. ibi: *donec suum consequatur.* ff. eod. † Cum igitur defunctus adhuc fuerit dicto modo obligatus: de herede ejus ut aliud dicamus, causa est nulla. arg. l. 24. de V. S. l. 8. d. A. & O. H. l. 10. C. de jure delib.
- † Ex-

† Exceptio enim competentiae, in bonis postea quaesitis ceden- 12
 ti competens, heredi nihil prodest. Illa siquidem personalis
 est; nec in heredem transit; sed morte cedentis extinguitur.
l. 12. l. 13. ff. solut. matrim. l. 7. pr. ff. de Except. l. 63. §. 1. ff. pro
socio. l. 24. §. 1. de re jud. † Et heredes illarum personarum, 13
 quae competentiae beneficio gaudent, in solidum, & integrum
 teneri & condemnari, discretis verbis pronuntiat Iustus Paulus
in l. 25. pr. ff. de re jud. Sciendum est, inquit, heredes earum persona-
 rum, non in id, quod facere possunt, sed in integrum teneri. & *in l. 41.*
in pr. ff. eod. & sicut heres donatoris in solidum condemnatur. Ver-
 ba autem ubi sunt clara, ibi omnis cessare debet cavillatio & Dispu-
 tatio. *Consil. Franco. 12. in f.* † Caeterum ut dicto modo heredes 14
 obligentur, nulla est differentia, siue inventarium plane omis-
 sum, siue vitiose & non rite fuerit conscriptum, *arg. d. l. f. §. 4. C. de Iur.*
delib. Nov. 1. c. 2. §. 2. l. 6. ff. de his, qui satisd. l. 2. ff. de auctor. tut.
 † Nec minuit dictum heredis obligationem descriptio bonorum, 15
 facta ab ipso defuncto. Ipse enim heres, ut hereditatem sine da-
 mno habeat, illius inventarium conficere tenetur; & quidem se-
 cundum formam à Justiniano praescriptam. *l. f. §. 2. ibi: Omni ta-*
men modo inventarium ab ipso. §. 4. §. 14. C. de jur. delib. Viven-
 tis autem nulla est hereditas, nullus heres, *l. 1. ff. de hered. & act.*
vend. Myns. Respons. 79. n. 53. Biccus in aureis. pag. 285. Lit. f.
C. I. A. lib. 29. t. 2. th. 36. n. 4. † Neque aliud dicendum esse ar- 16
 bitramur, respectu scilicet creditorum, etiamsi defunctus expressè in-
 ventarium remiserit, simulque dixerit; heredem, quamvis inventa-
 rium non confecerit, ultra hereditatis tamen quantitatem haud
 debere teneri. *arg. l. 55. ff. de leg. 1. vid. Wesenb. consil. 86. Peretz,*
in C. de jur. delib. n. 18. † An verò omnes heredes, omisso inven- 17
 tario, ad omnia hereditatis onera praedicto modo obligentur, spi-
 nosa & maximi momenti est quaestio. † Justinianus Imperator 18
 noster generaliter loquitur, & *in l. f. C. de Iur. delib. & in Nov. 1.*
§. 2. praecipue in c. 4. in f. ibi: communem namque legem omnibus
hominibus ponimus. Ea propter contra personas specialiter & ex-
 pressè non exceptas fundatam habebimus causam, *arg. l. 1. §. 1. ff.*
de leg. praestand. l. 8. ff. de publ. in rem act. Nicol. Everhardus los.
leg. 1. n. 2. Matth. Steph. dialect. jur. lib. 2. loc. 9. n. 2. † Ad Sacer- 19
 dotes, Milites, (quibus solennitates & subtilitates Inventarii remi-
 sit

- fit in l. f. §. f. C. de jur. deliber. vid. Georg. Acac. Enenck. *tr. de privil. milit. libr. 2. pr. 17.*) & illos, qui ex regio sunt comitatu, expressis verbis, ipse Imperator, hanc suam extendit constitutionem.
- 20 *Nov. 1. c. 4. §. 1. in f.* † Specialibus quoque verbis comprehendit liberos parentibus suis succedentes; quod nimirum & illi, aut inventarium conscribere aut res alienum & legata in solidum exsolvere debeant. *d. l. f. §. 1. §. 2. §. 12. ibi: sin verò postquam adierint, vel sese immiscuerint. presentes vel absentes inventarium facere distulerint: & datum jam à nobis tempus ad inventarij constitutionem effluxerit; tunc ex eo ipso quod inventarium secundum formam presentis constitutionis non fecerint. & heredes esse omnimodò intelligantur & debitis hereditariis in solidum teneantur: nec legis nostræ perfruantur beneficio, quam contemnendam esse censuerunt.* *Nov. 1. c. 2. §. 2. l. 10. C. de jur. delib.*
- 21 *ibi: neq; inopia patris te excusat, &c.* † Quomodo igitur deducere & retinere poterunt legitimam? Nec novum est, ut liberi suo facto amittant legitimam, vid. Riemerum *decad. 6. q. 7. Peretz. in C. de jur. delib. n. 13. Locamerum q. 245. C. I. A. d. t. 2. th. 36. n. 5. Bachovium ad Tr. v. 2. d. 12. th. 9. Lit. a. Giphanium ad l. f. C. de jur. delib. à quibus recedunt Georg. Acac. Enenck. *tr. de privil. parent. & liber. priv. 14. part. 1. c. 14. n. 45. Gail. 2. obs. 138. n. 14. Myns. ad §. 6. Inst. de hered. qual. & diff. Harppr. ad §. 5. d. t.* Quorum sententiæ tanquam communi in praxi inhaerendum censet Rittershusius *Nov. p. 6. c. 8. n. 38* quod tamen respectu creditorum locum inveniet nullum. *arg. l. 8. §. 9. ff. de inoffic. testam.* † De Ecclesiâ, Monasteriis, Fisco; itemque Parentibus, Mulieribus, Rusticis & similibus, purè hereditates aduentibus, non est, quòd dubitemus, quin & illi in solidum obligentur. Adest constitutionis generalitas in dictis personis haud limitata. Ad sunt clara Imperatoris verba, quæ hoc satis superque demonstrant. *d. f. Nov. 1. c. 4. §. 2. in f. ibi: & in omni personâ, sive privatâ, sive militari sive sacerdotali, sive Imperiali, sive alterius cujuslibet. Communem namq; omnibus hominibus hanc legem ponimus.* Covarruvias *in c. 1. n. 16. de testam. Fachineus 6. controv. 20. & 21. Petr. Gregorius Syntag. jur. lib. 46. c. 3. num. 14. C. I. A. lib. 29. tit. 2. th. 31.* † Salvo tamen Ecclesiæ & aliis privilegiariis personis*
- 23 in

in integrum restitutionis remedio. *c. 1. extra. d. restit. in integr.*
 Fachin. *d. c. 2. in f. Petr. Gregor. d. n. 13.* † Jure Canonico, he- 24
 redes, licet inventarium neglexerint, ultrà hereditatis tamen men-
 suram non teneri, tradit Rittershus. *tr. de diff. jur. civil. & can.*
lib. 4. c. 7. & Georg. Schulz / *Synops. inst. rit. de hered. qual. &*
differ. Lit. E. aliter Georg. Sauterbach / apud Rittershusium d. tr.
diff. 5. At verò cum ad hoc probandum, nullum Juris Canonici
 textum adducant; eà causà illis accedere non possumus. Nulla
 etenim admittenda est differentia inter Civile & Canonicum Jus,
 nisi illa textu probetur expresso. *c. 8. extra. de iud. c. 1. extra. de*
nov. oper. nunc. c. cum expediat. 29. de Elect. in 6. standumque est
 juri civili, etiam in foro canonico, si illud canonum jure expressè
 mutatum non reperiatur, docente ipso Rittersh. *d. tr. in proem.*
regul. 2. Fachineo 6. controv. 20. & 23. † Saxonici & civilis juris 25
 in hoc capite notabilem deprehendimus differentiam. Saxonico
 namque jure heredes nunquam, etiam si pu. è & non confecto in-
 ventario adierint hereditatem, ultrà ejus vires efficaciter obligan-
 tur. *Sächs. Landr. part. 1. tit. 6. in pr. ibi: Wer das Erb nimbt/*
der soll zu recht die Schuld gelten / als ferne das Erb wehret.
 Quem textum generaliter & simpliciter accipiunt illius juris inter-
 pretes; Illorumque explicationem non tantum consuetudo, sed
 etiam summus Juris Saxonici Defensor & Interpres speciali con-
 stitutione comprobavit. *p. 3. const. 33. ibi: Carpzov. def. 18. Ber-*
lich. part. 3. concl. 46. n. 10. Matth. Coler. p. 1. decis. 68. num. 6.
 Georg. Schulz / *d. l.* † Tenentur tamen heredes, inventarium non 26
 exhibentes, in illo foro ad specificationem juratam. Carpzov.
d. def. 18. & libr. 6. tit. 7. Respons. 66. & 67. cujus formulam re-
 fert Christophorus Philippus Richter. *decis. 58. num. 36.* † Cum 27
 autem civili jure heredes, inventario neglecto, legatariis etiam de
 suo satisfacere cogantur, frustra erunt solliciti de Falcidia detra-
 ctione: quam in hoc casu Imperator quoque denegat expressè in
l. f. §. 14. C. de iur. delib. Nov. 1. c. 2. §. 2. † An verò idem de 28
 quarta, quæ hodiè Trebellianica vocatur, dicendum sit, de eo in-
 ter Doctores maxima est altercatio; adeò ut vix discerni possit,
 quæ sit communior. Negativam tamen usu, etiam in augustissimo
 Imperii Consistorio, quod Spiræ est. (cujus observantiam infe-

29 riores meritò sequentur Judices, arg. §. ult. 1. de satisdat.) receptam esse, testatur Andr. Gail, 2. obs. 138. n. 14. Mynsinger, 3. obs. 60. C. I. A. lib. 29. t. 2. th. 36. n. 7. † Denique extinguuntur quoque obligationes, & exindè heredibus contrà defunctum competentes actiones. l. 7. C. de pact. arg. l. f. §. 9. C. de jur. delib.

30 † Quod ipsam in foro quoque Saxonico procedere, docet ac defendit Zangerus tr. de Exceptionib. part. 3. c. 9. num. 35. & Berlichius part. 2. decis. 203, ubi refert, in hanc rem sequenti formâ respondisse JCos Lipsienses, Wittebergenses, Jenenses, & Marpurgenses; Hat N.N. simpliciter adiret / so ist dadurch die Obligation / und das debitum des defuncti pro parte suâ hereditariâ, so wol nach Sächs. als allgemeinen beschriebnen Rechten confundiret und erloschen / B. A. W. Sed ab hisce divortium fecere Scabini Lipsienses; quorum sententiam refert & defendit Carpz. p. 3. c. 33. def. 19. existimans, juratam specificationem in foro Saxonico cum inventario eandem habere vim & potestatem, d. def. 19. & d. 18. in f. quod prælaudati Dd. negant. † Consuetudinem alleganti incumbit probatio; adeò ut nec Judici de consuetudine attestanti credantur. Carpzov. p. 2. c. 3. d. 22. n. 1. & 2. Ernest. Cothman. vol. 5. Resp. 1. num. 446. & seqq. Jusque Saxonium strictè est accipiendum, maximè ubi exorbitat à Jure communi. Et deficiente expressâ Juris Saxonici decisione, standum est juri communi. Treutl. v. 1. d. 1. th. ult. Lit. a. Et sic tandem

TERMINALIA SUNTO.

Ad Dn. Resp. Ad finem suum charissimum,

TE fore Theiologum, gaudebam in pectore, magnum
 Ingenij propter florida dona tui;
 Verùm scripta docent, fore te, presentia, clarum
 Jurisconsultum causidicumque gravem.
 Præstat utrumque: sacri tradas seu dogmata Verbi,
 Montrando, cœli quæ sit ad astra Via;
 Seu recti exponas quondam mysteria Juris,
 Auxilio oppressos, consiliove juvans;
 Dum modo muneribus non excaecatus, iniqua
 Iusta voces, versâ juxta & iniqua vice.

deproperabat


M. Rudolph. à Wolsdorff / dictus Weller,
 Eccles. Esling. Diaconus.

FINIS.

X 2615891

LD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

No 214.

N. J. C. 1650, 1.

io Juridica,

De

HEREDITATIS,

Quam

ESIDE

ADAMO *Lauterbach/*

ademia Tubingensi

fessore,

2. Novembris,

coq, consuetis,

amini submittit

ERICUS *Wallstetter/*

N GENSI.

M. DC. L.